



# Danskernes Historie Online

Danske Slægtsforskeres Bibliotek

## Dette værk er downloadet fra Danskernes Historie Online

**Danskernes Historie Online** er Danmarks største digitaliseringsprojekt af litteratur inden for emner som personalhistorie, lokalhistorie og slægtsforskning. Biblioteket hører under den almennyttige forening Danske Slægtsforskere. Vi bevarer vores fælles kulturarv, digitaliserer den og stiller den til rådighed for alle interesserede.

### Støt Danskernes Historie Online - Bliv sponsor

Som sponsor i biblioteket opnår du en række fordele. Læs mere om fordele og sponsorat her: <https://slaegtsbibliotek.dk/sponsorat>

### Ophavsret

Biblioteket indeholder værker både med og uden ophavsret. For værker, som er omfattet af ophavsret, må PDF-filen kun benyttes til personligt brug.

### Links

Slægtsforskeres Bibliotek: <https://slaegtsbibliotek.dk>

Danske Slægtsforskere: <https://slaegt.dk>

DE COMMODIS QUIBUSDAM

QUAE PER

REFORMATIONEM

AD

PATRIAM NOSTRAM REUNDARUNT.

---

P R O L U S I O

QUA AD FESTUM

SCHOLAE CATHEDRALIS OTHINIENSIS

OB

REFORMATIONEM LUTHERI.

TRIBUS ABHINC SÆCULIS INCEPTAM

CELEBRANDUM

INVITANTUR

QUOTQUOT RELIGIONEM ET SCIENTIAS

PIA MENTE COLUNT.

---

SCRIPSIT

A. F. MÜLERTZ,

ADIUNCTUS SCHOLAE.

*M. C. Saxtorph*

---

OTHINIAE.

TYPIS S. HEMPELII.

1817.

*2. Univ. Div. Bill.*

*Die Götter sanken vom Himmelsthron,  
Es stürzten die herrlichen Säulen,  
Und gebohren wurde der Jungfrau Sohn  
Die Gebrechen der Erde zu heilen  
Verbannt ward der Sinne flüchtige Lust,  
Und der Mensch griff denkend in seine Brust.*

*Schiller.*

---

*R*eformationen gjør i Historier af alle de Lande i hvilke den har forbedret Kirkens Lære og Forfatning en stor og vigtig Epoke. Forskjellig i Måden, hvor paa den blev iværksat, forskjellig i Bestemmelsen af enkelte Læresætninger, og i større eller mindre Afvigelser fra den gamle Kirkeforfatning, var den dog allevegne eens i Henseende til Grundsætningerne, efter hvilke den blev udført, og den religiøse Frihedsaanden vækkede af en lang og fordærvelig Søvn. Fra Barndoms Alderen førte den Nationerne efterhaanden til Ungdoms større Modenhed, og den Oplysning, der udbredte iblandt dem, blev Aarsag til de vigtigste og veldædigste Forandringer.

*Münter.*

*(Ref. Hist. 1. pag. VII.)*

VIRO DOCTISSIMO

GUSTAVO LUDOVICO BADEN

PATRIAE HISTORIAE

STRENUO AC INDEFESSO CULTORI

HOCCE QUALECUNQUE

OFUSCULUM

OFFICIOSISSIME

AMICISSIME

D. D. D.

A U C T O R.

Quod de Sulmio V. Cl. uno ore quondam testata est patria nostra, eum plurima sua de historia patriae merito insigni quoque sua in literarum cultores benevolentia auxisse, imprimis cum ad bibliothecam suam omnibus aditum patefaceret; idem sine dubio Tibi, doctissime gloriae verti debet, cujus non ultima laus est, necessariis literariis praesidiis pro parte virili semper suppeditasse, quotquot artes scientiasque diligunt et colunt. Quae tua liberalitate factum est, ut in hac nostra provincia non facile ad aliquid, in historicis saltem, concribendum aggregatus sit, quia & bibliotheca tua instructissima literariis praesidiis adjunctus fuerit. Quam tuam benevolentiam et ego expertus sum; cum enim hac aestate et hocce et aliud ejusmodi argumenti opusculum elaborandum mihi sumsissem; sumque nec bibliotheca scholae hujus urbis Cathedralis, optime caeterum instructa, nec publica dioeceseos Fionensis bibliotheca, quae ad alias scientias plura, quam historiam patriae praesidia habet, mihi in omnes partes sufficerent: Tu, doctissime, summa benevolentia egregiam tuam et instructissimam bibliothecam mihi aperuisti, ut, quibus opus esset, inde desumerem. Quin et excerpta tua, indefessae tuae diligentiae monumenta, bene mecum communicasti, ut ne ii quidem libri, qui inspiciendi mihi copia non fuit, mihi omnino deessent. Pro qua summa benevolentia gratias debitas persolve utque dia sospes patriae historiae operam naves intus precibus exposco.

---

---

Adest dies, pia semper memoria recolendus,  
ivo, tribus abhinc seculis, praeclarus ille Lú-  
herus, grato usque animo memorandus, summa  
Dei fiducia plenus, XCV illis notissimis pro-  
positionibus, prid. Cal. Nov. a. 1517, publice  
expositis, indulgentiarum ceterarumque super-  
stitionum amentiam justa gravitate castigabat, in  
ipsum Pontificem Romanum, quod populos a  
Christo servatore abduceret, vehementer  
invectus; unde salutaris illius Reformationis,  
quae auctoritatem fregit Pontificalem, initium.  
Qua religionis, per Christum nobis revelatae,  
at humanis jam additamentis depravatae, refor-  
matione, superstitionis excussae sunt catenaes  
rupta sunt ingenii humani vincula, tenebrisque,  
quae mentem obscuraverant, dissipatis, religio

ab autoritate humana ita vindicata est, ut fide jam non habeatur nisi soli illi Deo, cujus bonitati debetur γραφή θεοπνευστος και ωφελιμος προς διδασκαλιαν, κ. τ. λ. <sup>1)</sup>). Quod summum numin divini beneficium gratissimo laetissimoque anim agnoscere interpretarique debemus.

Quae cum ita sint, non levis, haud debie momenti foret, nec alienum a festo hoc tempore, quo, post tria secula elapsa, benevolentiae divinae restitutam per Lutherum religionem christianam pio animo acceptam referimus, pauci exquirere, quo modo numen illud divinum cujus nutu omnia reguntur, magnum illud opus faciendum ita dirigeret laetosque ei successu prosperaret, ut ad felicem exitum perveniret et laetissimos ferret fructus. In quibus vero illustrandis cum viri doctissimi <sup>2)</sup> jamdudum summo

---

<sup>1)</sup> Pauli ad Tim. ep. II, 3, 16. 17,

<sup>2)</sup> v. c. Mosheim, Walek, Planck, Villars Heeren, Pontoppidan, Münter &c. cfr. Kort Forestilling af de store Velyjerninger, som Gud, ved den for to hundrede Aar siden A. 1536.

tudio elaboraverint, lubet potius ad commoda reformationem apud nos introductam recuta animum advertere; quibus perspectis, sensu adeo laetiori beneficia, quae in nos contulit T. O. M. Deus, admirari licet. Primum deo breviter examinandum videtur, qualis fuerit status religionis christianae ante reformationem, sub finem nempe seculi XVI, quo clarius pateat, et quantopere esset necessaria reformatio, et quam viam providentia divina in rebus humanis administrandis ingressa sit, quo acilior reformationi ad nos pateret aditus, eamque plurima commoda necessario sequerentur.

Leo X, Pontifex Max. rem Romanam tunc temporis moderabatur, ab inclyta Mediceorum stirpe oriundus, literarum et artium amantissimus, religionis vero et honestatis non tem, in hoc imprimis occupatus, ut pecuniam quovis modo conficeret atque conquireret, qua

---

*skeete Reformation og Antagelse af den sande evangeliske Lærdom, i disse Riger og Lande det Timelige saavel som fornemmeligst i det Aandelige, har ladet vederfare, Kbn. 1730. 4.*



et suo et suorum luxui satisfaceret. Pari modo alio quoque ante eum pontifices romani, versu illi quidem et astuti <sup>3)</sup> potestate illa magna qua fruebantur, abusi erant. Huc accedebant mores dissoluti et ipsorum paparum et cleri universi, <sup>4)</sup> quibus populi et natione

<sup>3)</sup> „Vdi Fordum dage kallit mand Rommere Støcker Curtisans Støcker, Houf Støcker, som vi nu halde Machiavelliske Støcker“, dicitur in Hvidt feldo, ed in fol. p. 1320. „Rommer Gaara Curtisansstøcker“ haec verba inveniuntur in confirmatione aliqua, capitulo Roeskildensi a Frederico primo a 1530 data.

<sup>4)</sup> „Um ganz unverdächtige Zeugen anzuführen, nicht Protestanten oder den Protestantismus Genöigte beruft man sich vielmehr auf die strengsten Katholiken selbst, die Hirtenbrise der Bischöfe an ihre Dioecesen, z. B. der Bischöfen von Würzburg (Ludwigs Geschichtschreiber Würzburg 878), der seine eigene Geistlichkeit als Ehebrecher Stochsünder, Vollsäue und Ignoranten aufgestellt“; dicit Sartorius *Gesch. d. deutsch. Bauernkriegs*, Berlin 1795, p. 34.

Poema Palingenii, „Zodiacus vitae“, nominatum quod tempore reformationis prodit, pluribus locis

non potuere non offendi et depravari <sup>5)</sup>. Cujus mali vis augebatur, a quo tempore indulgentiae pro peccatis vel commissis vel etiam commit-

clericorum mores et cogitandi rationem nigerrimis pingit coloribus; quo pertinent notissimi illi versus:

Concilium valeat, valeant commenta Lutheri,  
Pontifices nunc bella juvant, sunt caetera nugae;  
Nec praecepta patrum, nec Christi dogmata curant,  
Jactant se dominos rerum et sibi cuncta licere.

Operae pretium quoque est, inspicere librum rarissimum »Stella clericorum« inscriptum, impressum Daveutriae 1491, qui multa habet in mores cleri illius temporis, v. c. haec: »Quid ergo dicendum est de sacerdotibus manifeste cohabitantibus cum mulieribus, vel adulteris vel fornicantibus, vel proprias oves violantibus, vel ebriosis? Quid tibi cum mulieribus, sacerdos? Dic, qui iisdem labiis oscularis filium virginis, quibus osculatus es filiam Veneris? O Juda, osculo tradis filium hominis« &c. Et de Pontificibus:

»Pontifices muti  
de jure suo male tuti  
quamvis cornuti  
non audent cornibus uti.«

<sup>5)</sup> »So sicher man von der allgemeinen Sittenverderbniss der weltlichen Stände auf die der Geist-

tendis Romae venire coeptae sunt. Quin etiam Leone X permittente, mittebantur, qui indulgentiam per urbes terrasque Europae publicè venderent, quorum notissimi evaserunt Tezelius et Arcemboldus. Ipsa religio christiana, tetrè quippe caligine obducta, nec mentem ad altiora spectanda et concupiscenda erigere, nec animum veri sensu implere, nec pectus ad meliora quaeque formare valuit. Sacra Biblia, quae legere nefas habebatur, omnino fere erant oblitterata, quare ob causam Dei ejusque praeceptorum notitia plerosque deficiebat. Verbum divinum nusquam nisi fictis fabulis admixtis, tradebatur. Sanctis sic dictis, indigetibus, quos colere fas omnino putabant, major, quam Deo, fides habebatur. Bonis operibus aeternam post hanc vitam felicitatem mereri se posse, plerique arbitrabantur, rati, fidem et gratiam divinam ad illam felici-

---

*lichkeit schliessen kann, eben so sicher ist auch der Rückschluss von der Verdorbenheit der Geistlichen auf die der Layen“. Meiners historische Vergleichung der Sitten und Verfassungen u. s. w. des Mitte'salters mit d. unsr. Jahrh. Hanow. 1793. 1 B. p. 140.*

atem acquirendam nullius prorsus esse momenti. Ponantur autem haec bona opera, secundum notiones eorum, in externis quibusdam ritibus observandis, in liberalitate monachis, laustris, templis et clericis praestanda, in precibus latina lingua decantandis, atque in remissione peccatorum, quo animae, corpore relicto, purgatorio liberarentur, emenda. Institutione juvenili prorsus neglecta, ignorantia et superstitio ubique regnabant; scientiis autem paucis operam dabant, vel socordia torpentes, vel metum metuentes, ne Inquisitioni sese suspectos redderent. Adeo tristis et miserandus erat status ecclesiae christianae <sup>6)</sup> Nil igitur mirum, si pectoribus omnium, qui religionis, pietatis etque verioris doctrinae amore ducebantur, vehementer se emendationis et Reformationis desiderium insinuasset. Sed in media illa ignorantia remedium malorum, volente sic benignissimo lumine, jam paratum erat, melior quippe cogitandi ratio, cum illo veritatis desiderio conjuncta

---

<sup>6)</sup> Mosheimii Instit. hist. eccles. p. 646. 59. Pontopp. eccl. dan. 11, p. 318.

in quibusdam vigere cocperat, et ad potestatem pontificis romani infringendam et servitutem christianorum tollendam multa jam factuerant, quae singula recensere longius nos ab incepto abduceret <sup>7)</sup>. Tandem Lutherus Romanis seculis obicibus objecit, tamque felici successu, Deo T. O. M. coeptis adspirante, ut novas indies vires per universam paene Europam caperet emendatam Lutheri opera religio. Quae reformata religio mox quoque in patria nostra disseminata est semenque sparsum, summo Dei beneficio, genuerit, fructusque patriae adco salutare tulit ut maxima exinde commoda ad rem nostram publicam et literariam omnesque regni incolae redundarent. Quae commoda heic breviter nobis recensenda videntur, quo melius intelligamus, quantum in nos divinum beneficium, religione a Luthero instaurata, collatum sit.

Patria nostra Reformationi, quam primifere inter Europae terras amplexa est, plurim

---

<sup>7)</sup> V. c. Expeditiones cruciatae -- bellum Haesticum -- inventio artis typographicae -- Constantinopolis per Turcas expugnata -- cet. sec. XV. evēta.

eneficia accepta refert. Inde enim factum est, t hjerarchia aboleretur, ut literae denuo florent, ut moribus populus ornaretur, ut denique legislatio, rerum publicarum administratio, t quae praeterea ad publicam salutem pertinent, aeliori, quam antea, loco essent. Quorum omnium primum illud atque gravissimum cendendum est, quod vicerit veritas, et, ublata superstitione, pietas morum robitas, religionis ope, majora indies ncrementa ceperit. Quod quanti fuerit nomenti ad felicitatem et publicam et privatam er tot annorum spatium stabiliendam augenlamque, nemo ignorat. Ut vero apud incolas regni pietas fidesque, religione christiana innixae, emper crescerent, id maximopere curae corlique fuit et populo et regibus nostris augustisimis, inter quos praecipue Christianus Tertius sic nominandus <sup>8)</sup>, qui, teste Cragio, in me-

---

<sup>8)</sup> Edicta ejus, quae plurima habemus, ad pietatem, juvenilem institutionem, divini verbi notitiam promovendam et propagandam spectantia, vid. in. Tom. vers. dan. Annalium Cragii. Pulchre hic autor de praeclaro hoc rege et religiosis ejus institutis ita: »Quae bene-

diis etiam turbis et summis rerum angustiis d  
propaganda religione sollicitus fuit. Praeclaru  
igitur ille rex non solum ad Universitatem Hav

---

ficia hic a me memorata ad extremum vitae halitum  
erga quosvis ita praestita. Nec unquam Christianum  
pietatis tacebat nec bene de singulis merendo fati  
gabatur; hoc, omnium confessione, in praecipua  
laude ejus posito, eum haud passum, verbi mini  
strum, munere recte fungentem, sine consolatione  
a se dimitti. Ratus nimirum, his pietatis officii  
expiato Numine, tum aliam multiplicem felicitatem  
divinitus datam impetratum iri, tum pacem externam  
regno obventuram.<sup>6</sup> Caeterum de pio et generoso  
hujus regis animo plurima habemus testimonia; vide  
sis *Danske Atlas* IV., p. 131; V., p. 506  
*Galthen, Randers Beskr.* p. 35; *Schumacher  
Gel. Männ. Briefe an die Könige in Dänem.* I.  
p. 4. 7. 13. 15. 48. 60. II., p. 23. 135. 260. o. *fl.  
Dänische Bibliothek* IV., p. 161; VIII., p. 214  
*Vedel Simonsen om Grevens Feide*, p. 31.; *Hvidt-  
feld* (ed. in fol.) p. 1495. *fl.* Tanto magis miror  
verba H. A. Kosodii (*Nyere Historie* I., p. 145—46.)  
de hoc rege loquentis, quem etiam perfidiae in  
socios Schmaicaldicos accusat; eorum, ut opinor,  
ignarus, quae egregie hac de re monuit Cl. Gramius  
(Praef. ad Ann. Cragii p. 60, cet). Sed hoc opus  
Kosodianum quam parvi aestimandum sit, jampridem  
observavit Cl. G. L. Baden (Histor. Bibl. p. 53.)

ensem; ad scholas regni, et ceteras inferiores ordinis <sup>9)</sup> curas suas extendit, verum etiam ad ecclesias, divina verbi ministris ita prospiciens, ut nihil ipsis ad vitae necessitates desisset, concessa quoque Superintendentibus potestate, si qui sacerdotes inopia premerentur, pro iis deprecandi <sup>10)</sup>. Nec pauperum nulla habita est ratio, quibus alendis assignata sunt per cuncta regni oppida monasteria, adjecto ex redditibus, quantum necesse; at ubi reditus nulli vel tenues mendicantium coenobiis fuerant, de hoc largitus est rex, ita ut vix ullum sit regni oppidum, ubi non aliquod pietatis ejus vestigium deprehendas. Quae regis cura et liberalitas, quam multi imitati sunt privati, eam humanitatem et probitatis sensum prodit, quae religioni Christianae reformatae unice debentur. De pietate civium nostrorum post introductam refor-

---

<sup>9)</sup> Praedia gildarum in usum scholarum conversa esse, vid. *Krag Krist* (vers. dan) II., p. 107. cfr. de studio regis templa scholasque sustinendi *Krag l. c.* p. 173. *Münter Ref. Hist.* 1., p. 462. 2., p. 302 fl.

<sup>10)</sup> *Kragii Ann.*



mationem diserta habemus gravissimorum scriptorum testimonia <sup>11)</sup>; talem vero pietatem, a temporibus usque serioribus, apud multos saltem quibus animus vere christianus inerat, multum declarant; nec quis facile hac de re dubitabit expertus, quam vim in animis hominum formandis vera religio semper exserere solita sit <sup>12)</sup>. Nec dubitatione caret, quin ex multis factis et tota agendi ratione eorum, qui religioni reformandae praeerant, eluceat animus pius et religiosus, amore et reverentia Dei plenus. Mirandum sane, quanta cura Lutherus <sup>13)</sup> ceterique Reformatores et apud nos Tausanus <sup>14)</sup> aliqui

---

<sup>11)</sup> Seckendorffii *Historia Lutheranismi*, p. 242. *Müller Ref. Hist.* 2., p. 88.

<sup>12)</sup> Huc quoque facit insignis ille ardor, quo semper apud nos celebrata sunt festa publica ob propagatam et introductam reformationem. Cfr. de poematibus quibusdam in hoc festum Nyerup et Rhabek (*Micdelald. Digtek.* p. 161. 176).

<sup>13)</sup> Lutheri de scholis merita laudibus egregie extulit Cl. Thorlacius in *Opusc. acad.* 2., p. 137.

<sup>14)</sup> *Wandalls Jægerpris* p. 320.

angelii doctores id efficiere studerent, ut in-  
tuta illa publica, ad cultum Dei promoven-  
m spectantia, quae majorum religioni debe-  
ntur, licet aliquatenus depravata, usui tamen  
ligionis artibusque excolendis inservirent, nec  
rum, quorum privata utilitas sibi servit, ju-  
ficerent. Pari pietate plures viri eruditi ad-  
cti sunt ad singulos sacrae scripturae libros in  
monem vernaculum vertendos, <sup>15)</sup> donec,  
ente Christiano Tertio tota biblia, danice ex-  
sita, in lucem prodirent. Nec aliam ob cau-

---

15) *Henderson, A Dissertation on Hans Mikkelæens  
or the first danish translation of the New Testa-  
ment. Cap. 1813. 4. Autor in extrema praefa-  
tione his verbis utitur: The author has only to  
add his earnest prayer, that Denmark may  
possess and highly prize, to the latest posterity,  
the inestimable treasure, which was first confer-  
red upon her by the unfortunate Christian and his  
faithful Secretary, which has since been aug-  
mented by the accession of many a precious gem,  
and which is able to make her ewery inhabitant  
„rich toward God“ and „wise unto salvation  
through faith, which is in Christ Jesus!“*

sam reges nostri <sup>16)</sup> de religione pure docen-  
 solliciti erant, quamobrem ordinatio ecclesiasti-  
 quae prodit Havniae d. 2 Sept. 1557, loc-  
 quosdam praecipuos s. s. et dogmatum religioni-  
 jam constituit, ad quos inter concionandur  
 tanquam ad fontes recurreretur, „ne vaga  
 suis legibus soluta huc illuc vacillet oratio.  
 Mores quoque nationis hic ut alibi emollivit in-  
 staurata religio; qui tamen Reformationis effe-  
 tus, ut solet, aliquanto serius apparuit <sup>17)</sup>.

Gravissimi quoque momenti fuit reformatio  
 introducta, eo quod artes scientiasque inter n-

---

<sup>16)</sup> Iusserat jam Fredericus Primus, ut doctrina de i-  
 stificatione per fidem, tanquam primarium religioni-  
 evangelicae caput, per totam regnum depulspitis e-  
 poneretur. Seckendorf. *l. c.* p. 242.

<sup>17)</sup> Vid. G. L. Baden *Om Geistlighedens Sæder i de  
 første Aarh. eft. Ref.*, Oct. 1802. *Meiners Al-  
 krit. Gesch. der Relig.* 1., p. 136. *Danske Ar-  
 V.*, p. 261. *Gjessings Jubellærere* 1 B., 2 D. p. 8  
 2 B., 2 D. p. 27. 3 D. p. 14.

ligentius colendi ab eo tempore factum sit ini-  
m. Quod quantum utilitatis patriae nostrae  
nibusque civibus attulerit, nemo non videt.  
am nisi scientiarum amor pectus accenderit,  
geniumque cum moribus formaverit: bona  
haecunque elicere, vel vi ac legibus, quae  
ne moribus vanae sunt, malos coercere  
esse, frustra cogites. At infelix civitas est  
nscenda, ubi adeo nullus ingenio honos habetur  
artes scientiasque, quibus et pectus formatur  
mens, colere ac fideliter didicisse pro nihilo  
catur; quo magis gaudere oportet, quod re-  
urata religio artium quoque restaurandarum  
sam praebuerit. Nec sane, ut pulchris Cl. En-  
dstoftii verbis utar<sup>18)</sup>, alio nomine magis salutaris  
enda est ista sacrorum in patria mutatio, cujus  
emoriā recolimus, quam quod, consti-  
ta Universitate, Musarum pulcherrima  
de, perpetua optimarum artium officina com-

<sup>18)</sup> *Om den akademiske Borgerrets Betydning, Hæ-  
der og Pligter, p. 34.*

parata est<sup>19)</sup>. Quam quanto cum fructu jam in ab initio frequentaverit studiosa juvenus, testatur Bugenhagius<sup>20)</sup>, testatur idem Cragius Christiani Tertii historiographus<sup>21)</sup>. Augustissimus ille rex, summo scientiarum amore plenus, igitur eam ob causam quoque sacerdotibus, quae ad victum pertinerent, satis superque esse voluit, quo facilius liberos suos litteris daret unde gnavos ministros acciperet et civitas et ecclesia<sup>22)</sup>. Eadem adductus ratione, Luther

<sup>19)</sup> De fundata per Christianum III Universitate v. Seckendorf. l. c. p. 1842. *Krag. Krist. 3s 1 storie* (vers. dar.) 1 D.

<sup>20)</sup> *Münter Ref. Hist.* 2 D. p. 335.

<sup>21)</sup> »Voluit rex Academiam per belli tempora collapsam instituari, ut inde peti posset, sicubi ecclesiae ministris indigeret; aucto itaque doctorum collegio aliquibus professorum praeter priores institutiones tribuit, unde proventus et salaria, prout illa tempora ferebant, large et munifice cunctis inferrentur.

<sup>22)</sup> *Münter l. c.* 2 D. p. 412. *cf. Krag Krist. 3s H. 1 D. p. 224.* »Og esterdi Adelen vaar iche zvinge fra huad Goedz, som vaar kommet y fra deris hendøde forfædre, da lagde Hand d

gante, quinque Canoniorum collegia conser-  
vit, (quae tamen postea Fredericus III, ne-  
ssitate coactus, sustulit <sup>23</sup>). Quod regium  
neficio quanti aestimandum sit, maxime ap-  
ret, reputantibus, quam male academiae et  
scientiis ante reformationem fuerit <sup>24</sup>). Quant

---

*til af sit egit, tog tolf Degne af Skolen og gaf  
dennem fri kost paa Kjøbenhavns Slott, stiftede  
ogsaa en fri Disch for tolf Studenter udi Hellig  
Geistes Huus, og siden forlempede ofver begge  
sine Riger, at Almuen og Indbyggerne maatte  
aarligen til gode Reede og sin rette tiid gifue  
efter ordinantzen deris Tiende og Ritzel til Præ-  
ster og Degne; Og efterdi Kongen tog sig den  
Sag alvorlig an, loed ogsaa Almuen sig finde  
willig, Saa at baade Kircher og Skoler derefter  
begyndte daglige at Voxse og forbedre sig.“*

<sup>23</sup>) Cragii Ann. libr. 3. fin. cfr. D. Litt. Tid. 1811, p. 36.

<sup>24</sup>) Münter Ref. Hist. 2 D. p. 328. cfr. Moshemium  
(l. c. p. 650.) sic loquentem: „Ex monachorum me-  
dicantium genere multi praecipuas in scholis et Aca-  
demiis cathedras occupabant; idque inprimis obstabat  
ne orta et per plures jam Europae provincias diffusa  
scientiae et doctrinae melioris lux in illis ignorantiae  
et stuporis umbras et nubes plane dispellere posset

opere vero reges nostri scientias amaverint, quantumque pretii et aestimationis per reformatione literis additum sit, non Universitas solum, verum etiam scholae literariae indicant, in quibus ut solidioris eruditionis fundamenta jacerentur, voluit majorum de patria literisque curam anno 1527 institutum est Gymnasium Magonianum. Comitibus a. 1535 habitis decretum est, ut scholis literariis, ne barbaries ingrueret <sup>25)</sup> adminicula adhiberentur. Post reformationem autem omnino introductam, ordinatio ecclesiastica sancivit Christianus III, ut in si-

---

Plerique juventutis magistri, splendidis Artistarum Grammaticorum, Physicorum, Dialecticorum, et nominibus insigniti, sordidissimo stylo horridorum et distinctionum aridarum copiam quandam memori discipulorum committebant; quam qui promte recitare poterat, is facundus et eruditus videbatur. Aristoteli cuncti philosophi sine modo laudabant, nec sequebatur. imo nullus intelligebat. Nam quae Aristotelis dicebatur disciplina, colubio quaedam erat obscurarum notionum, sententiarum, et partium, quarum vim ipsi scholarum principes habere assequebantur. Nec alia erat in patria nostra literarum facies.

<sup>25)</sup> *Münter l. c. 2 D. p. 222. 304.*

lis urbibus et oppidis latinae, ut dicebantur, scholae essent, iisque moderandis tres vel minimum duo praessent gnavi praeceptores; praeterea quoque in oppidis conderentur vulgares, quas vocant, scholae in usum puerorum, puerum, aliorumque, latinae linguae non vacantes; eaeque magistratui curae essent. Quanta ergo cura et liberalitate ut Universitas Havniensis ita quoque scholae literariae publicae et a privatis pie dotatae et locupletatae sit (26) vix opus est dicere: res quippe notissi-


---

6) De regum nostrorum a Christiano III inde ad nostra usque tempora, deque tot privatorum erga Universitatem et scholas et literarum studiosos liberalitate vid. *Münter l. c. 2 D. p. 321 — 23.* Pontopp. *Ann. Krags Krist. 3. Hist. (vers. dan.) 2 — 3 D. Hofmanns Fundatser* et pl. I. Quomodo Christianus IV, magnus ille rex, cui persuasum semper fuit »pietate regna firmari«, de scientiis cogitaverit, indicant ejus: Admonitiones ad pietatem et profectum juventutis scholasticae (*Paus Samlung af gamle norske Love 2 D. p. 528. cfr. D. Mag. 2., 74.*) indicant praeterea Gymnasium Othinense, Collegium regium Havniense, Observatorium astronomicum, ceteraque instituta literaria, quae illi debentur, O pulcherimos reformationis et pietatis fructus!



ma omnibus talium rerum non omnino incur sis. Faxit Deus, ut fructus exinde laetissimi semper in patriam nostram uberrime redunde

Nec minus urbibus oppidisque nostris eorumque civibus et magistratuum usui fuit reformatio apud nos introducta. N. aedificia, praedia cet: quae plurima possederent coenobia, aliaque instituta catholica, mutata sacris, abrogata, ex magna parte urbibus et debant, unde et civibus et magistratui inprimis <sup>27)</sup>, cujus curae ea demandata sunt, potentia et autoritas aucta est. Nec minus urbibus illa mutatio profuit, sive utilitatem, sive humanitatem respicias. In quovis enim oppidifere xenodochia instituebantur, nec ulla facili invenietur urbs, quae non talium emolumentorum particeps facta sit. Iam ante reformationem in pluribus oppidis instituta erant nosocomia, leprosis inprimis, St. Georgio sacra



27) Autoritatis, qua gaudebant magistratus urbium, Consulibus inprimis, exempla inveniri possunt in: *Zwe. Sjell. Cleresin. p. 134. Fris Skjelskjørs Bes. p. 77. Wandalls Jægerspris p. 291.*

producta autem reformatione, jussit Christianus I, ut in quovis oppido publicum institueretur hospitium, unde forsitan edictum, quod habet ex danica 2 — 22 — 75. Quae publica urbium hospitia ex aedificiis (28) fundisque coenobiorum Gildarum, quarum numerus magnus, originem imprimis traxerunt <sup>29)</sup>. Praeterea quoniam praelaturis, sic dictis, magni erant fundi editusque, quorum pars magna, aequae ac domicilia Canonorum municipiis cedebant. Multa videtur fuere oppida, quae vel fundos vel aedificia saltem acceperunt <sup>30)</sup>. Sic v. c. Aarhusia,

---

<sup>28)</sup> *Eriksen Viborgs Beskr. p. 33. Boesen Helsingørs Beskr. p. 220. Hvidtf. p. 1305. D. Atlas IV., p. 374.*

<sup>29)</sup> Plurimis in templis ante reformationem multae asservabantur res pretiosae, quae interdum municipiis cedebant. vid. *Terpag. Rip. Cimbr. p. 211 — 13. Dån. Bibl. I., p. 46 — 47.*

<sup>30)</sup> „Men huad der skal siden være aff de mure, som Muncke haffue saa med Løgen opbygt, det staae tll Lands Herrer og Førster, de kunde vel skickes til christelig Brug, Collegier, Hospitaler, eller anden Guds ære, og fattige Menneskers Gaffn, saa at man tør ei fordi nedbryde dennem. *Hvidtf. p. 1331.*

Asnesia, Calundia, Coagia, Faaburgum, Halmstadia, Havnia, Helsingora, Hortersnesia, Landskrona, Londinum, Malmogia, Nascovia, Neocopia, Othinia <sup>31)</sup> Randrusia, Ripa Cimbricae, Viburgum, Ystadia, et plurimunicipia hoc modo locupletata sunt, cum vnum monasteria vel templa superflua cet. in xenodochium

---

<sup>31)</sup> Othinia decem saltem claustris gaudebat, quae vnum plurimunicipia v. c. domicilium praepositi (*Provstegaarden*); domus illa, ubi moneta instructa erat (*Myntergaarden*), unde platea urbis adhuc nomen (*Mynterstrade*) habet, cet. in dominium urbis vnum magistratus venerunt. E quibusdam horum aedificiorum arx regia urbis, domicilia episcopi sionensis pastoris aedis St. Johannis, publicum urbis Xenodochium, publicum provinciae ergastulum partim saltem originem traxere. Alia publica urbis instituta, v. c. schola cathedralis, Communitas regia sic dicta et quae nunc antehac Gymnasium, exinde locupletata sunt. Vid. *Suhms Hist. af Danm. IX.* p. 526. *Hvidtf. Kong Hanses Krønike* (ad. in 4to) p. 79 — 87. *Kh. Vid. S. Skr. 3.*, p. 60. *L. Atlas. Pont. Ann. 2.*, p. 496. *Hofmanns Fundatser. Münter Ref. Hist. 2.*, p. 320 — 2. *Blochs Fynske Geistligh. Hist.* Birch. spec, re monet. dan. &c.

chia, scholas cet. transmutanda iis concederentur  
 ). Pluribus praeterea modis urbis et magistratui  
 bano commoda attulit reformatio introducta<sup>33)</sup>,  
 vero imprimis notatu dignum, quod post  
 stauratam religionem parochiis libertas pastores  
 gendi concessa sit, ita tamen ut in urbibus  
 praesentandi magistratui urbis esset; <sup>34)</sup> quae  
 haud parum autoritatis et aestimationis mu-  
 cipiis eorumque magistratibus conciliabat, ani-  
 osque in reformationem propensos reddebat <sup>35)</sup>.

<sup>33)</sup> *Münter Ref. Hist.* 2., p. 14. 16. 17. 90. 91. 165.  
 170. 198. 301. 320. 321. *Hvidf. p.* 1391. 1321.  
 1318. 1313. *Suhms Saml.* 1., p. 79. *D. Atlas*  
 VI. p. 131.

<sup>34)</sup> Vid. *D. Atlas*, V., 420 — 21. *Hvidf. Ktist.*  
 3. *Krøfn.* p. 288. *Frederik 1. Krøfn.* p. 197. 251.  
 359 — 60. *Pont. Ann.* 3., p. 263. *Hegewisch*  
*Culturg.* p. 229.

<sup>35)</sup> *Cragii Ann. Additam.* II., p. 44. *Münter Ref.*  
*Hist.* 2., p. 349.

<sup>36)</sup> Hoc jus, quo passim abusus est magistratus, jam  
 a. 1542 per XXVI Articulos Ripenses aliquatenus li-  
 mitatum est. *Münter l. c.* p. 349. 379. *Baden,*  
*Minerva l. c.* p. 45. *Worms Lex.* 1., p. 220  
*Hofmann om Tiende.* p. 125. 25. *Pont. Ann.* 2.,  
 p. 807. *D. Mag.* p. 205.

Summo denique numinis beneficio reformationem secutum est commodum nec silentio praetereundum et memori semper pectore habendus status nempe patriae et externus et internus hacce sacrorum mutatione adjunctus et in melius mutatus. A quo scilicet tempore vera religio verusque Dei timor animos hominum imbuerat, inde tum amor patriae, tum bonum concilium, vigilantia et fortitudo in pectoribus Danorum vigeant. Quae oratio si cui dux visa fuerit, cogitet de fortitudine Danorum pugna illa memorabili ad Svarteraa: intelligat sane, nil nisi pietatem et quam commendat religio fidem hominibus in extremo periculo positis tantam confidentiam tantamque fortitudinem addere potuisse. Nec nullius momenti est, redditus regum et aerarii publici bonis ecclesiasticis aliquantulum auctos fuisse; sed hoc minus prospere cedebat, cum hos redditus nobilitas maximam partem ad se raperet.

Sed operae pretium esset, comparationem inter statum regni proxime ante et post reformationem instituere, quo facto intelligeres, hinc robur, illinc infirmitatem, hinc gravitatem et industriam, illinc segnitiam et ignorantiam

ne bonum in rebus publicis consilium literas-  
e florentes, illinc virium defectionem et quasi  
uncta omnia fuisse, adeo ut manifeste pateat  
nibus, quanta sit vis religionis ad mores ani-  
umque populorum formandum, et ad publi-  
m regni felicitatem firmandam et stabiliendam.

Sic reformatio patriae nostrae, cum vicisset  
angelica doctrina, plurima attulit commoda,  
o quibus magna Numini aeterno gratia repe-  
nda est. Eam enim introductam secutum est  
lendidum illud seculum, quo dum florebant  
tes scientiaeque, crescente felicitate publica et  
ivata, excusso turpi illo a Hanseaticis nobis  
posito jugo, statu denique meliore reipublicae  
petrato, civitas interno robore, externa digni-  
te claruit; quo per Skrammios, Rudios,  
anzovios cet. per Brahios, Hvidtfeldos, Wel-  
ios cet. qua in bellicis, qua in literariis <sup>36)</sup>

---

<sup>36)</sup> Linguae quoque vernaculae nostrae plurimum profuit  
reformatio. Lingva nostra enim ab eo tempore pri-  
mum excoli coepta est, quo literarum studium apud  
nos efflorescebat; verum post reformationem et dani-  
corum librorum numerus crevit, et politius aliquid per-

rebus, currente per omnes Europæ terras gloriosa Danorum, terra marique, domi militiaque, fama, ad maximum honoris culm evecta est Dania nostra. Quae omnia si n proxime reformationi debentur, sine ea cel locum omnino non habuissent. Quibus r perpensis, intelligitur, quot ex reformatio commoda ceperit patria nostra, quae sine i ne superesse quidem potuisset, nedam liter moresque et publica salus magis magisque fl rerent augcrenturque. Quo gratiore animo etia teneriorisque laetitiae sensibus summum hoc beneficium majoribus nostris divinitus oblatu mente recolamus oportet. Deus T. O. M. erg enixe orandus, ut fides vera evangelica, refo tioni debita, bonos semper cives, regi et pa triae intime deditos, formet, remque et pul licam et literariam, alterum in lustrum, meliusque semper proroget aevum.

---

fectiusque elaboratum est. Psalmi Danici, quib pangendis occasionem praebuit reformatio, primu fuerunt poeseos genus apud nos excultum.

---

**L**actenus de commodis reformationem in  
 tria secutis. Vos vero, o cives,horta-  
 ur et obsecramus, ut, Deum veriti, reli-  
 onem nostram divinam rite colatis ejusque  
 cepta vita vestra exprimatis, vobisque  
 rsvasissimum sit, illam solam esse hominibus  
 am ad virtutem et felicitatem.

Verum jam tempus est ad ea transeundi,  
 ae huic commentationi occasionem dederant.  
 sta mandatum scilicet, quod prodit d.  
 Apr. h. a. augustissimi Regis Frederici  
 xti, cui, utpote Deo et justae causae  
 ice dedito, nihil sanctius, quam religionem  
 vere ac tueri, et gratias Omnipotenti Deo  
 bitas persolvere, solemnia festa, in  
 emoriam feliciter restauratae Lutheri ope re-  
 ionis Christianae, pio et grato in Deum animo  
 nt habenda. Annuente igitur Collegio  
 e gio, cui a rege Universitatis scholarum-  
 e cura demandata est, favente etiam Prin-  
 pe celsissimo Frederico Christiano,  
 mmo provinciae hujus Praefecto, indicimus  
 stum scholae cathedralis Othinien-  
 s, in auditorio Gymnasii in. a. d. Cal. Nov.



*hora antem. 12 celebrandum, ita ut, hymn  
solemniter decantatis, Scholae Rector Lud  
vicus Heiberg, equ. ord. Dan. Profess  
artiumque Magister, cathedra conscensa or  
tionem habiturus sit de supplice prece imp  
rans Numen divinum, ut patriae, ut scient  
aeque ac benigne consulat. Quo ut convenia  
quotquot verae religioni, scientiis et reb  
scholasticis favent, et frequentes hoc nostru  
festum obire velint, officiosissime rogamus.*

---